

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rituale Sive Obsequiale Ecclesiae Et Dioecesis Constantiensis

Constantiae, 1686

Ordo et modvs baptizandi tempore necessitatis, sive in articulo mortis,
[...]

[urn:nbn:de:bsz:31-132849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-132849)

ORDO,
 ET MODVS BAP-
 TIZANDI TEMPORE
 NECESSITATIS, SIVE IN ARTICU-
 lo mortis, cum videlicet probabiliter cre-
 ditur baptizandum immediate
 moriturum.



SI contigerit infantem aliquem
 vel adultum ob imminens mor-
 tis periculum, vel alia urgente
 ex causa domi, vel etiam ante
 fores Ecclesiae esse baptizan-
 dum, tunc Sacerdos, (si adsit)
 vel clericus, aut hoc deficiente alius quicumque;
 homo utens forma & materia debita, habensque;
 intentionem faciendi, quod facit sancta Mater
 Ecclesia, omnibus omissis baptismum praecedentibus, ter, vel etiam tantum semel in mo-

H 3

dum

dum Crucis fundat aquam naturalem simplicem (si benedicta haberi non possit) super caput aut aliud notabile membrum baptizandi, semel tantum hanc formam proferens:

E Go te baptizo in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti. *R.* Amen.

Hunc eundem modū baptizandi parochi doceant obstetrices, quæ sint honestæ mulieres ab ipsis imprimis, & sæculari potestate loci approbata, ut in extrema necessitate sic infantes in lingua germanica baptizent, ita ut dum formā proferunt, simul aquā naturalem simplicem super caput infantis fundant, cum debita intentione faciendi, quod facit Ecclesia, dicendo:

Ich tauffe dich im Namen Gottes Vatters ✠ / vnd des Sohns ✠ / vnd des heiligen ✠ Geists / Amen.

Si taliter baptizatus supervixerit, & nullum sit prudens & probabile dubium de validitate Baptismi, si nimirum Parochus ipse, vel alius Clericus, aut integerrimæ famæ vir baptizavit in-

fan-

fantem, tunc Parochus vel Sacerdos supplebit
omissa ordine infra mox præscribendo. Si au-
tem propter prudens & probabile dubium Bap-
tismus sit sub conditione, uti supra folio 14.
dictum, repetendus, tunc servabit modum, &
ordinē supra de Baptismo fol. 13. præscriptum,
usque ad formam Baptismi, quam sub con-
ditione repetet, ut ibi notatum fol. 36. cæteris
immutatis permanentibus.



ORDO